



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 39. Alia censura Facultas Theologicæ Parisiensis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-66444)

Fra-
cisen-
radis-
sapi-
e anti-

aerefi
stitiae
quæ-
diose
præ-
s ju-

timuit
e ser-
iu re-
urant-
E de-
n hoc
i vita
si san-
usdem

tan-
iden-
& de-
im-

XIX.

§. XXXIX.

Sæcul. XV.
A.C. 1486,

Alia censura Facultatis Theologicæ
Parisiensis.

In eodem censurarum catalogo Facul- Argentre ib.
tatis Theologicæ Parisiensis alia p. 319.
præterea reperitur damnatio septem Ex primo
propositionum, quas Meldensis Ep. registro MS.
scopus laudatae Facultati porrexit cens. Facult.
Sunt autem sequentes: „ Parif. fol.
134.

I. Gravius est cognoscere commatrem
quam propriam matrem vel sororem.

„ Hæc propositio est hæretica, scan-
dalosa, & publice revocanda. „

II. Super illo scelere non potest dispen-
sare vel absolvere Episcopus, vel ejus Pæ-
nitentiarius, sed oportet recurrere ad sum-
mun Pontificem.

„ Hæc propositio est falsa, & juri
communi, & Ecclesiæ consuetudini
contraria. „

III. Sacerdos fornicarius non debet di-
vere, Dominus vobiscum, nec officium di-
vinum in loco sacro, sed profano.

„ Hæc propositio est falsa, & de hæ-
resi suspecta. „

IV. Officium vel Sacramentum per ta-
lem fornicarium datum vel administratum,
non valet plusquam latratus canum.

„ Hæc

Secul. XV.

A.C. 1486.

„ Hæc propositio quoad primam suam partem est falsa & erronea, & quod ad secundam est hæretica, scandalosa, & piarum aurium offensiva. „

V. Inter Advocatos duntaxat unus reperitur, qui salutem consecutus est, videlicet, sanctus Ivo.

„ Hanc propositionem veram esse, affirmat Facultas. „

VI. Infernus est totus repletus Advocatis, & ideo nullus timeat eo ire.

„ Hæc propositio in se est falsa, temeraria, & ridicula. „

VII. Apothecarii, Armigeri, Medici, & hujusmodi homines ibunt in Paradisum, si omnes diaboli vel cauda muli sui deferant eos.

„ Hæc propositio est temeraria, præsumptuosa, & quia quosdam status licitos, in republica probatos condemnant, & eisdem derogat, publice revocanda. „

Hæc censura a Parisiensibus Doctoribus data est tertia Novembris Anno millesimo quadringentesimo octogesimo sexto.

§. XL.

Henrici VII. connubium, & Lancastriensium successionis jura a Pontifice confirmata.

Quamprimum Henricus VII. Anglie solium